

*Vt homines videantur habere tria capita.*

Accipe de pilis asini mortui, & fac funiculum, & sicea, & fume medullam de osse principalis dextri humeri, & misce cum virga virginea, & linc funiculum & pone super liminaria domus: Ingredientes domum tria capita habebunt, hi qui in domo sunt, intrantibus asini videbuntur.

*Vt equina vel asinina videantur adstantium capita.*

Eqvo abscinde caput vel asino non mortuo, ne languida sit virtus, ejusdemq; capacitatis fictilem fabricato ollam oleo plenam, suiq; pinguedine, ut super emineat: Os operculato, tenaciq; mumias luto ignem subde lentum, ut plane bulliens tribus servetur diebus oleum, elixataq; caro in oleum currat, ut nuda spectentur ossa, pila tundito, pulvisq; oleo permisceatur, quibus adstantium capita perungantur. Similiter in lampadibus stupri funiculi in medio statuantur, nec propè, nec longè, ut res postular, & monstroso spectaberis vultu.

*Vt humana videantur animalium capita.*

Ex humano capite recenter obtruncato, electum oleum, animalibus faciem hominis inducit, sic variis animalium capitibus, monstrosiora reddes corpora, si ijs accensis licijs illustretur domus, quod fido claudio pectori, nam uti arcana ab antiquis celabantur, nec ita faciliter ex eorum eruitur dictis. Alter tamen docet Anaxilaus, nec irritè: Equorum virus à coitu accipitur, novisq; lampadibus ellychniis accensum hominem capita, eqvina visui monstrificè representat: De asinis sic quoq; proditur. Sic illud qvod apriam vocāt in suib[us] cum subant. Acceptum enim & accēsum idem præstat. Sic animalium reliqvorum auricularibus accensis sordibus. Si illud per